

Unctionis noceat validitati aut integritati hujus Sacramenti, et in casu omissionis, quid faciendum in praxi?

DE SCRIPTURA SACRA.

Sit autem sermo vester est, est, non, non, Quod autem abundantius est, à malo est. St. Matth. V. 37 Nonne hæc verba prohibent jusjurandum?

CONFÉRENCE DE L'ÉTÉ.

DE THEOLOGIA.

Josephus de domo cedendâ eum Paulo vivâ voce paciscitur, contractu postera die apud notarium conficiendo, ut pecuniam requisitum invenire possit. Interea venditor pretium majus à Francisco acceptat, atque jurejurando venditionem confirmat, donec instrumentum conficiatur. Cui fidens juramento Franciscus meliori pretio domum vendit. Nunc, uterque pecuniam exsolvere paratus, instrumentum petit à Josepho. Anxius indè venditor quærit.

1^o Horum utrum dandum sit instrumentum?

2^o An alteri damnum sit compensandum?

DE LITURGIA.

Quid facere debet sacerdos qui, introitu incepto, rememorat se non esse jejunum? Quid vero, si post offertorium? Agitur in his duobus casibus de missâ de præcepto.

DE SCRIPTURA SACRA.

Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus, Jacobus et Joseph, et Simon et Judas? Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt. St. Matth. XIII. 55. 56. Nonne hæc verba, à Nazarenis et forsan familiæ Jesu vicinis elata, probent, 1^o Josephum fuisse Patrem naturalem JE-
SU. 2^o Beatam Virginem, post Jesum natum, habuisse filios et filias?

En terminant, je prie MM. les Secrétaires d'être exacts à transmettre à l'Evêché les Procès-Verbaux de leur Conférence un mois après la tenue de l'assemblée, afin que je puisse en préparer le résumé général pour la fin de Septembre, époque à laquelle il sera désormais publié et expédié.

Je suis bien cordialement,

Monsieur,

Votre tout dévoué serviteur,

✠ J. C. ÉVÊQUE DE ST. HYACINTHE.

(Vraie Copie.)

Ptre. Secrétaire.